ANTONINUS PAPILLON O.P., *Opera Omnia Th. M. Mamachi O.P.*, in «Archivum Fratrum Praedicatorum» (ISSN 0391-7320), 5, (1935), pp. 241-260.

Url: https://heyjoe.fbk.eu/index.php/afp

Questo articolo è stato digitalizzato della Biblioteca Fondazione Bruno Kessler, in collaborazione con l'Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum all'interno del portale HeyJoe - *History, Religion and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe è un progetto di digitalizzazione di riviste storiche, delle discipline filosofico-religiose e affini per le quali non esiste una versione elettronica.

This article was digitized by the Bruno Kessler Foundation Library in collaboration with the Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum as part of the HeyJoe portal - *History, Religion, and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe is a project dedicated to digitizing historical journals in the fields of philosophy, religion, and related disciplines for which no electronic version exists.

## Nota copyright

Tutto il materiale contenuto nel sito HeyJoe, compreso il presente PDF, è rilasciato sotto licenza Creative Commons Attribuzione-Non commerciale-Non opere derivate 4.0 Internazionale. Pertanto è possibile liberamente scaricare, stampare, fotocopiare e distribuire questo articolo e gli altri presenti nel sito, purché si attribuisca in maniera corretta la paternità dell'opera, non la si utilizzi per fini commerciali e non la si trasformi o modifichi.

## Copyright notice

All materials on the HeyJoe website, including the present PDF file, are made available under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives 4.0 International License. You are free to download, print, copy, and share this file and any other on this website, as long as you give appropriate credit. You may not use this material for commercial purposes. If you remix, transform, or build upon the material, you may not distribute the modified material.

# Opera omnia Th. M. Mamachi O. P.

## primum recensuit Antoninus Papillon O. P.

Cum plerique viri ex illis qui Bibliothecis publicis in Urbe praeficiuntur, identidem postulassent ut Sodales Instituti Historici Ordinis Praedicatorum quam citius juris publici facerent catalogum aliquem operum omnium Thomae Mariae Mamachi [1], hunc elenchum efformandum aggressus sum. Sed propter uberrimam lucubrationum Patris Mamachi segetem, hucusque unum alterumve MS. non reperi. Sit igitur res sicut et fert titulus quem recensioni meae affixi.

### I. DE OPERIBUS QUAE TYPIS EXCUSA SUNT

I. *Theses de Ethnicorum Oraculis, de Cruce Constantino visa, et de Evangeliorum Cronotaxi, Parente Optimo S. Dominico, Quod Gestorum Mortisque Iesu Christi Servatoris Cultor, ac Praeco fuerit, Crucisque auspiciis de humani generis hostibus saepius triunphaverit; Fr. Thomas M. Mamachi, O. P., S. Theologiae in Collegio S. Marci L. M. D. C. Q. facta cuivis disceptandi potestate.* — Florentiae, ex Typographia Petri Cajetani Viviani, sub signo D. Thomae Aquinatis, prope Ecclesiam S. Mariae in Campo. Anno MDCCXXXVIII. — 1 vol. 20 x 29, pp. 124.

II. *De Leone X. Pontifice Maximo Oratio habita in Archigymnasio Romano, VI. Idus Februarias, a Fr. Thoma Maria Mamachio, Chio,*

[1] In: Enciclopedia Italiana, in vol. scilicet XXII quod anno MCMXXXIV juris publici factum est, exstat quidam de Mamachi commentariolus auctore R. D. G[iuseppe] D[e] L[uca] qui mere excepit ac breviter contraxit commentarios quos jam exaraverant J. Carreyre in: Dictionnaire de Théologie Catholique, vol. IX, part. II, col. 1807-1808, et H. Leclercq in: Dictionnaire d'Archéologie Chrétienne et de Liturgie, vol. X, part. I, col. 1343.

*Ordinis Praedicatorum.* — Romae, typis Thomae et Nicolai Pagliarini. Anno MDCCXLI. — 1 vol. in - 4, pp. 27.

III. *Sancti Antonini Archiepiscopi Florentini Ordinis Praedicatorum opera omnia ad autographorum fidem nunc primum exacta, vita illius, variis dissertationibus et adnotationibus aucta, cura et studio FF. Thomae Mariae Mamachii et Dionysii Remedellii, ordinis ejusdem theologorum. Tomi Primi Pars Prima.* — Florentiae, ex typographia Petri Cajetani Viviani. Anno MDCCXLI. — 1 vol. in folio, pp. XX et column. 1480. — Hic habetur pars prior *Summae Moralis.*

Tomus alter sub eodem titulo juris publici factus est, nisi quod loco verborum: *Opera omnia* legitur: *Summae Moralis Secundae Partis Volumen Primum,* et duobus prioribus editoribus adjungitur Pater Antoninus Ceccarelli O. P. — Florentiae, ex typographia Petri Cajetani Viviani. Anno MDCCXLVI. — 1 vol. in folio, pp. XX et column. 1677.

Praefatio ad Lectorem pp. XV complectitur, jamque ab anno MDCCXLVI exarata erat, uti ipse Mamachi nos monet in suo MS. cui titulum imposuit: *Fratris Thomae Mariae Mamachii res gestae,* quodque infra recensebo, numero quidem LXII. Index operis postremus accurate elaboratus est a Patre Francisco Maria Timoni O. P. [1]

IV. *Fratris Thomae Mariae Mamachii, Chii, Ordinis Praedicatorum, in Collegio Urbano de Propaganda Fide Philosophiae Lectoris, Oratio de ratione tradendae philosophiae, designatis orthodoxae religionis propagatoribus, habita in eodem Collegio, XIII. Kalendas Decembres 1743.* — Romae, typis Josephi Collini. Anno MDCCLXVI. — 1 vol. in - 4, ff. limin. IV, I et pp. 31.

V. *De Vetustate Monasteriorum Sanctarum Crucium et Populetani, Ordinis Cisterciensis, in Catalaunia. Dissertatio Apologetica.* — Romae, ex typographia Reverendae Camerae Apostolicae. Anno MDCCXLVI. — 1 vol. in - 4, pp. 49.

Nomen Auctoris non invenitur, sed in exemplo apud Tabularium Generale Ordinis Praedicatorum asservato (in codice signato VIII. 6), legitur immediate post titulum: « Auctore F. Th. Mamachio », manu propria Patris Mamachi.

---

[1] De hoc ultimo silet R. P. Jacobus Bernardus Walker O. P. in opere quod inscripsit: The « Chronicles » of Saint Antoninus. A Study in Historiography. Washington, MCMXXXII.

Hoc scriptum spectat ad monasteria duo in Hispania, saeculo duodecimo erecta, utrumque Ordinis Sancti Bernardi. Controversia habebatur super Abbatum praecedentia. Pro altero quod exstabat in Dioecesi Tarraconensi, egit in Curia Romana Reverendissimus Pater Thomas Ripoll, Magister Generalis Fratrum Praedicatorum, et ipse Tarraconensis. Inde pars nostri Mamachi.

VI. *Sanctissimo Domino Nostro Papae Benedicto XIV, Spirensis praetensae exemptionis. Pro Promotore Fiscali Curiae Episcopalis Spirae. Contra Capitulum Collegiatae Ecclesiae Bruchsaliae.* — Romae, ex typographia Reverendae Camerae Apostolicae. Anno MDCCXVII. — 1. vol. in - 4, pp. 42 non numer.

In exemplo quod in Tabulario Generali Ordinis Praedicatorum asservatur (in praefato codice VIII. 6), inveniuntur additiones et emendationes manu propria Auctoris.

VII. *In Vindicias Diplomatum Odenheimensium Exercitatio. Ad Sanctissimum Dominum Nostrum Benedictum XIV., P. O. M.* — Romae, ex typographia Reverendae Camerae Apostolicae. Anno MDCCXLVII. — 1. vol. in - 4, pp. 26 non numer.

Contra opusculum Martinetti et Ruggero : *Diplomatum Odenheimensium Vindiciae* (Romae, iisdem typis eodemque anno).

VIII. Excursus de vita et meritis illustrissimi Domini Dominici Giorgi (*riguardante la morte e pregi di Mons. Domenico Giorgi*), in periodico qui inscribebatur *Novelle Letterarie,* Florentiae edito. — Exstat in collectione hujusce periodici, anno MDCCXLVII, col. 466.

IX. *Lectiones pro die IV. Septembris, in die octava Sancti Augustini, Episcopi, Confessoris, et Ecclesiae Doctoris.* — In - 8, pp. 4. — Lectiones istae, anno MDCCXLVII a nostro Mamachi exaratae sunt, uti habetur e quadam nota autographa in codice VII. 6 Tabularii Generalis O. P. Exemplum proprium Auctoris asservatur in Bibliotheca Casanatensi de Urbe, inter Miscellanea in - 4, vol. 560.

X. Explicationes duae de epochis Conciliorum Sardicensis et Sirmensis, contra sententiam a Mansi et Maffei propugnatam. — Exstant in periodico cui titulus : *Giornale de' Letterati per l'anno 1747* (Romae, typis Fratrum Pagliarini), pag. 91, et pag. 97.

XI. *Fratris Thomae Mariae Mamachi, Chii, Ordinis Praedicatorum, Sacrae Theologiae Magistri, et Bibliothecae Çasanatensis Praefecti, ad Iohannem Dominicum Mansium de Ratione Temporum Athanasiorum*

*deque aliquot Synodis IV seculo celebratis Epistolae IV.* — Romae, typis Zempellianis. Anno MDCCXLVIII. — 1. vol. in - 8, pp. XVI - 384.

Reposuit Mansi opusculo inscripto: *Iohannis Dominici Mansi, Clerici Regularis Congregationis Matris Dei, Lucensis, pro Sua de anno habiti Sardicensis Concilii Sententia ad Virum Clarissimum Fratrem Thomam Mariam Mamachium, Casanatensis Bibliothecae Praefectum, Assertio Altera.* (Lucae, typis Josephi Salani et Vincentii Junctini, anno MDCCXLIX, 1 vol. in - 8 min., pp. 50). Verum obmutuit cum noster ea de re edidit:

XII. *Due lettere al Signor Abbate Angiolo Bandini,* quas inseruit ephemeridibus *Giornale de' Letterati per l'anno 1748* (Romae, typis Fratrum Pagliarini), art. 33, pag. 337 et art. 36, pag. 339. Revera articuli isti facti sunt juris publici jam labente anno MDCCXLIX.

XIII. Judicium et crisis *Amplissimae Collectionis Conciliorum* quam praefatus Mansi curaverat. — Exstat ibidem, art. 34.

XIV. *Fratris Thomae Mariae Mamachi, Ordinis Praedicatorum, Theologi Casanatensis, Originum et Antiquitatum Christianarum Libri XX. Tomus Primus.* Romae, in typographia Palladis, excudebant Nicolaus et Marcus Palearini. Anno MDCCXLIX. — 1. vol. in - 4, cum charta una haud numerata pro *Imprimatur,* pp. XXXI pro Titulo, Nuncupatoria Auctoris Reverendissimo Patri Antonino Brémond, Magistro Generali Ordinis Praedicarum, Praefatione, Approbationibus, et Indice Capitum, et pp. 408, et amplius charta una pro Erratis et Declaratione Typographiae.

Exstat in hoc volumine pulchra effigies Patris Brémond ex aeneis formis, praeter tabulam geographicam Terrae Sanctae, et diagrammatum tabulas quinque, extra textum.

*Tomus Secundus*: Ibidem, iisdem typis. Anno MDCCL. — 1 vol. in - 4, pp. XVI - 506. — Exstant in tomo isto tabulae geographicae tres Patriarchatuum, et diagrammatum tabulae etiam tres, extra textum.

*Tomus Tertius*: Ibidem, iisdem typis. Anno MDCCLI. — 1 vol. in - 4, pp. XXXII - 466. — Opus nuncupatur Anselmo II, Ordinis Cisterciensis, Abbati Monasterii Beatae Mariae Virginis in Salerno. Adsunt diagrammata viginti tria, ex aeneis formis variorum monumentorum, aliaque plurima, intra textum, varia supplicia Martyrum exhibentia.

*Tomus Quartus*: Ibidem, iisdem typis. Anno MDCCLII. — 1 vol. in - 4, pp. XIX - 576. Nuncupatur Patri Iosepho Muñoz O. P., Priori Caesaraugustano. Sine diagrammatibus.

*Tomus Quintus*: Ibidem, iisdem typis. Anno MDCCLV. — 1 vol. in - 4, pp. XXX - 611. Nuncupatur Patri Ferdinando Davila O. P., Ex-Provinciali Provinciae Sancti Joannis Baptistae in Peruvia, cujus effigies ex aeneis formis secundo *De Angelis* volumini praefigitur. Opus continet diagrammata majora septem, praeter alia minora inter textum.

*Tomus Sextus*: Tomus iste, ibidem iisdemque typis excusus, partem secundam Libri Quarti continens, imperfectus remansit ad paginam scilicet 240.

Totum opus denuo typis commissum est, sex etiam voluminibus comprehensum, Romae, annis MDCCCCXLI-MDCCCLI, curante P. Matranga.

XV. Exercitationes quattuor in *Giornale de' Letterati per l'anno 1750* (Romae, typis Fratrum Pagliarini), scilicet:

Art. 7, pp. 48 sqq.: Super dissertatione P. Monsacrati *De catenis Sancti Petri Apostoli.*

Art 8. pp. 55 sqq.: Super volumine primo cujusdam collectionis qua habebantur *Marci Marini Brixiani Annotationes Litterales in Psalmos.*

Art. 18, pp. 142 sqq.: Super tomum primum operis *Storia d'Italia* a Patre Zaccaria S. J. exarati.

Art. 25, pp. 225 sqq.: Super M. Baldassari opere *Osservazioni sopra il sale della creta con un saggio di produzione naturali della stata sanese.*

XVI. Epistola Dedicatoria Venerabili Servo Dei Gregorio Lopez. — Exstat cum collectione Opusculorum de praefato Venerabili Viro, juris publici facta Romae, anno MDCCLVII.

XVII. *De Costumi de' Cristiani Libri Tre composti da Fra Tommaso Maria Mamachi, dell'Ordine de' Predicatori, Teologo Casanatense.* — Romae, typis Heredum Barbiellini. Volumina I et II anno MDCCLIII. Volumen III anno MDCCLIV. — 3 vol. in - 8.

Editio altera, Venetiis, ex typographia Joannis Mariae Lazzaroni, et Dominici Tabacco. Anno MDCCLVII. — 3 vol. in - 12, pp. XXXII - 299, VIII - 307, et VII - 324. Hanc tantum vidi.

Alia editio lucem aspexit Florentiae, anno MDCCCLIII, in officina: Società Editrice Fiorentina, et comprehenditur 2 voluminibus in - 12 altero pp. 346, altero autem pp. 444.

XVIII. *De PP. Francisco Gilio de Federich, et Matthaeo Alonzo Leziniana, Ordinis Praedicatorum, in Tunquino pro Religione christiana gladio percussis Commentarius.*

Exstat a pag. 279 ad paginam 376 et ultimam Commentarii inscripti: *De Illustrissimis Viris PP. Petro Martyre Sansiò, Episcopo Mauricastrensi, etc.* (cura et labore Patris Hermanni Dominici Cristianopulo O. P.). — Romae, typis Hieronymi Mainardi. Anno MDCCLIII.

Harum rerum gestarum quaedam veluti *ephemeris* ab Hilario a Jesu O. E. S. A., Episcopo Coricensi, et Vicario Apostolico missionum Tunquinensium, italice in Tunquino scripta, Romamque missa, Patris Thomae Ripoll, tunc Magistri Generalis Fratrum Praedicatorum, iussu publicata erat, anno MDCCXLVI, sub titulo: *Racconto storico della cattura, prigionia e morte gloriosa dei Servi di Dio, i PP. Francesco Gil de Federich e Matteo Alonzo Leziniana, Missionarii Spagnuoli dell'Ordine de' Predicatori, decollati nel Regno del Tunkino per la cattolica Fede, li 22 Gennaio dell'Anno 1745 scritto dall'Illustrissimo e Reverendissimo Sig. Fra Ilario di Gesù, Agostiniano scalzo, Vescovo Coricense....* (*In Roma, 1746, nella stamperia di Girolamo Mainardi.* Est autem volumen in - 8, paginis 94 constans). Ex qua opera commentarium hunc a Patre Mamachi latine confici Reverendissimus Magister Ordinis Antoninus Brémond imperavit: (videsis *Annales Ordinis Praedicatorum*, de quibus illico dicam).

XIX. *Annalium Ordinis Praedicatorum Volumem Primum, Reverendissimi Patris Magistri Fratris Vincentii Mariae Ferretti, Vicarii et Procuratoris Generalis Ordinis Iussu Editum, Auctoribus FF. Thoma Maria Mamachio, Francisco Maria Pollidorio, Vincentio Maria Badetto, et Hermanno Dominico Christianopulo, Coenobii Sanctae Mariae super Minervam Provinciae Romanae Alumnis.* — Romae, typographia Palladis, excudebant Nicolaus, et Marcus Palearini. Anno MDCCLVI. — 1 vol. in - folio majore, pp. LXXXVIII - 680.

Paginae preambulae continent, inter alia aliorum Auctorum, Praefationem ad Lectorem (pp. XIX-LVI) a Patre Mamachi eleganter conscriptam. Toti operi praemittitur diagramma exhibens Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli visionem ad Sanctum Dominicum de Guzman haud rudi stilo Blasii Rebecchi ex aeneis formis expressam: pulchra etiam effigies Patris Antonini Brémond; ac, pagina 587, tabula exstat opus musivum exhibens, cum antiqua inscriptione, quae supra interiorem portam Basilicae Sanctae Sabinae de Urbe adhuc legitur. Deinde: *Appendix Monumentorum ad Tomum Primum Annalium Ordinis Praedicatorum.*

Columnae sunt 466 quibus continetur et index rerum, praeter paginam unam Erratorum, et chartam unam non numeratam pro rubrica typo-

graphiae. Pulchrum exstat exemplum in Bibliotheca Instituti Historici O. P. ad Sanctam Sabinam de Urbe.

XX. *Ragioni de' PP. Domenicani Spagnuoli della Provincia delle Filippine sopra i Distretti di Ke-On detto altrimenti Phu-Tay, di Luc-Thuy, di Ke-Sat, et di Ke-Ban.* — Romae, sine nomine typographi. Anno MDCCLVII. — 1 vol. in - 4, pp. 109 quas sequuntur:

*Sommario de' Documenti spettanti alla lite nota nel Tunchino tra Domenicani e Agostiniani scalzi.* — Pp. 382 et charta una alba.

Deinde autem:

*Concilio Tunchinese, tenuto da Monsignor Vescovo Coricense in Luc-Thuy, l'anno MDCCLII.* — Pp. 130.

XXI. *Memoria sopra alcuni riti del Tunquino.* — Romae, typis Fratrum Pagliarini. Anno MDCCLVII. — 1 vol. in - 4, pp. 385.

Nil aliud est nisi commentarius alter illorum documentorum quae in opere praecedenti inserta sunt, praeeunte titulo: *Sommario de' Documenti spettanti alla lite nota del Tunchino tra Domenicani e Agostiniani scalzi.*

XXII. *Fratris Thomae Mariae Mamachi, Ordinis Praedicatorum, Defensio Encyclicae Benedicti XIV. P. M. ad Episcopos Galliae contra quaedam dubia proposita Eminentissimis DD. Cardinalibus Praenestae Congregationis pro Reformatione Studiorum Collegii de Propaganda Fide.* Mediolani, apud Federicum Agnellum. Anno MDCCLVIII. — 1 vol. in - 8, pp. V - 32.

Quae *Defensio* primum edita in Gallia est; sed cum Galli injuste conquesti essent Auctorem Bullae *Unigenitus* nimis deferre, Pater Mamachi rursus opusculum edidit cum nova praefatione, eidemque praefixit ipsius Encyclicae textum.

XXIII. *Fratris Thomae Mariae Mamachii, Ordinis Praedicatorum, de Episcopatus Hortani Antiquitate ad Hortanos Cives Liber Singularis.* Romae, excudebant Fratres Palearini. Anno MDCCLIX. — 1 vol. in - 4, pp. 80 praeter diagrammata quattuor extra textum.

Hoc in scripto Auctor demonstrandum suscipit Ecclesiam Hortanam (*Orte*) Civitonicae seu Castellanensi (*Civita Castellana*) antiquitate praestare, quae caeterum hodie sub eodem Antistite uniuntur. Civitonici autem suae Ecclesiae excellentiam in dubium vocari, immovero Hortanae postponi aegre tulerunt. Ex quo quidam Faustus Antonius Marroni in ejus vindicias calamum sumpsit, et suppresso nomine typis edidit: *Ragionamento con cui si dimostra che la Sede Vescovile di Orte non può preten-*

*dere superiorità di precedenza sopra la Sede Vescovile di Civita Castellana per ragione di maggior antichità.* (In Roma, 1759, nella Stamperia di S. Michele a Ripa).

Reposuit Pater Mamachi sequenti opusculo sine fronte :

XXIV. *Fratris Thomae Mariae Mamachii, Ordinis Praedicatorum, adversus Auctorem libelli italice* De Cathedra Hortana Civitonicae non praeferenda ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ. Romae, excudebant Fratres Palearini. Anno MDCCLIX. — I vol. in - 4, pp. 58.

Non concessit Marroni, sententiam autem propugnavit opusculo inscripto : *Dell'antichità de' Vescovi di Civita Castellana sopra quelli di Orte. (Roma, 1759, per Giovan Generoso Salomoni),* alteroque : *Ragionamento secondo in cui si risponde alle ragioni proposte dal Mamachi in favore della Cattedra Vescovile di Orte, contro la Cattedra Vescovile di Civita Castellana nel libro* De Hortani Episcopatus Antiquitate, *e nell'altro* Adversus Auctorem... ecc. (Romae, 1759).

XXV. *Fratris Thomae Mariae Mamachii ad* ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΝ *in Auctorem Libelli de Episcopatus Castellanensis Antiquitate* ΠΡΟΣΘΗΚΗΣ.

Opusculum sine fronte. Pars prior usque ad pag. 16. Pag. 17 legitur : *Ad* ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΝ *in Auctorem Libelli de Hortano Episcopatu Castellanensi non praeferendo* ΠΡΟΣΘΗΚΗΣ.

Haec pars altera constat epistolis duabus italice scriptis ad Faustum Antonium Marroni, a pag. 17 ad pag. 33, et a pag. 33 ad pag. 161 necnon ultimam.

Praeter opuscula superius recensita F. A Marroni aliud edidit opusculum, hoc est tertium *Ragionamento,* cum epistolis duabus de eodem argumento, in quibus nescio an praedictae operae Patris Mamachi responderet, cum non viderim. Hic autem nihil ultra de ejusmodi argumento videtur scripsisse.

XXVI. *Epistola Admodum Reverendi Patris Josephi Mariae Lugani, Pro-Commissarii Generalis Sanctae Romanae et Universalis Inquisitionis, in morte Reverendissimi Patris Alexandri Pii Sauli, Commissarii Generalis.* — Data est Romae, die XXX Septembris MDCCLX. — In - 4, pp. 4. — Nomen typographi haud invenitur.

In exemplo apud Tabularium Generale Praedicatorum Ordinis asservato (in codice VIII. 6), adest sequens inscriptio manu propria Patris Mamachi : « Scripta haec fuit Epistola a F. Thoma Maria Mamachio O. P., Theologo Casanatensi ».

XXVII. *Epistola Patri Emmanueli Bernardo Ribera, Ordinis Sanctissimae Trinitatis, in Salmanticensi Academia Praefecto.* — Anno MDCCLXIII. — In folio minore, pp. 4.

XXVIII. *Fratris Thomae Mariae Mamachi, Ordinis Praedicatorum, Theologi Casanatensis, de Animabus Justorum in sinu Abrahae, ante Christi mortem expertibus Visionis Dei libri duo.* — Romae, ex typographia Palladis, excudebat Marcus Palearini. Anno MDCDLXVI. — 2 in vol. in-4. — Tomus I, pp. XI - 384. Tomus II, a pag. 385 ad pag. 1127.

XXIX. *Del diritto libero della Chiesa di acquistare, e di possidere beni temporali si mobili, che stabili, Libri III contro gli impugnatori dello stesso diritto, e specialmente contro l'Autore del* Ragionamento intorno ai beni temporali posseduti dalla Chiesa, dagli ecclesiastici, e da quelli tutti che si dicono Mani-morte, *stampato in Venezia l'anno 1766.* Romae, absque nomine typographi. — 5 vol. in-8.

Lib. I, tom. I pp. XXXII.-352 Anno MDCCLXIX.

Lb. II, tom. II par. I, pp. 422. Eodem anno.

Lib. II, tom. II par. II, pp. 518. Eodem etiam anno.

Lib. III, tom. III par. I, pp. LXXX-535. Anno MDCCLXX.

Lib. III, tom. III par. II, pp. 591. Eodem anno.

*Lib. I: Che la Chiesa, e gli ecclesiastici possano lecitamente acquistare, e possedere beni terreni; e che l'asserzione contraria sia un errore degno di grave censura.*

*Lib. II: Con qual diritto acquistino, e posseggano beni temporali, e specialmente fondi le Chiese; e se un tal diritto sia libero, assoluto e non impedito da qualunque potestà secolare.*

*Lib. III: Degli acquisti della Chiesa non pregiudiziali, ma giovevoli anzi alla Republica.*

Auctor operis impugnati a Patre Mamachi est Abbas postea Canonicus Antonius Montagnacco. Ejusdem est: *Confermazione del Ragionamento intorno ai beni temporali delle Chiese, indirizzata dall'autore del ragionamento suddetto agli autori dello scritto le Mani-morte (Venezia, Zatta, 1767).*

Scriptum hoc anonymum fuit revera Abbatis Francisci Florio. Titulus autem integer sic se habet: *Le Mani morte, ossia lettera all'autore del Ragionamento ai beni posseduti dalle Chiese.* (Venezia, Pisteri, 1766).

Contra Thomae Mariae Mamachi opus insurrexit praesertim quidam Marchio Salvator Spiriti, Consentinus, libello famoso quem inscripsit:

*Dialoghi de' Morti, ossia Trimerone Ecclesiastico Politico in dimostrazione de' diritti del Principato e del Sacerdozio, di risposta all'Autore* Del Diritto libero della Chiesa di acquistare, e di possedere beni temporali si mobili, che stabili. *Edizione Seconda. Con aggiunta di una lettera di Filotino a Filolete... (In Venezia, per Giuseppe Bettinelli, 1770).* Iam prodierat Palmyrae, typis ementitis, sed Neapoli, eodem anno incipiente, diatriba acerbior, in qua nescio an plures errores Canonici Juris, ac Theologiae, an sophismata.

Ejusdem creditur esse: *Mamachiana per chi vuol divertirsi.* (Gelopoli, typis ementitis, sed Neapoli, 1770). Stilo ligato ac soluto, satira habetur incuriis et contumeliis referta sine attico sale.

XXX. *Alethini Philaretae Epistolarum de Ven. Johannis Palafoxii Angelopolitani primum, tum Oxomensis Episcopi Orthodoxia Tomus primus.* — Sine loci et typographi nomine, sed Romae, in domicilio D. Commendatoris de Almeida, Legati Regis Lusitanorum apud Curiam Romanam (Melzi, Dizionario di Opere anonime... tom. I, pag. 33, col. A). — 1 vol. in - 8, pp. 256. Anno MDCCLXII.

Quas epistolas sequuntur: *Appendices* (duae) *ad Alethini Philaretae Epistolarum Tomum I de Venerabilis Viri Iohannis Palafoxii... Orthodoxia.* — Paginis constant CLXV.

Tomus Secundus: Anno MDCCLXXIII. — I vol. in-8 pp. 286, praeter *Appendices* paginis CLXXVIII constantes et chartam unam pro Erratis in fine.

Tomus Tertius. Anno MDCCLXXIII. — I vol. in-8, pp. 258, praeter Appendices paginis CLXXVII constantes et chartam unam ad elenchum Erratorum continendum.

A pag. XCV exstat: *Appendix Altera Illustre Anti-Palafoxianorum Maledicentiae, Doli, Fraudis Moralis Practicae Monumentum.*

Quas Mamachi epistolas scripsit ut quamdam confutaret calumniosam in Palafox epistolam a P. Francisco Asquaciati S. J. editam.

XXXI. *Costituzioni del Conservatorio della Divina Provvidenza delle Zitelle, Orfane, e delle Spedale delle Povere Inferme di Civitavecchia confermate da Papa Pio VI.* — Romae, ex typographia Reverendae Camerae Apostolicae. Anno MDCCLXXVI. — I vol. in-8.

XXXII. *Fratris Thomae Mariae Mamachii, Ordinis Praedicatorum, Theologi Casanatensis, Epistolarum ad Justinum Febronium Jurisconsultum, de Ratione Regendae Reipublicae, deque Legitima Romani Pontificis*

*Potestate Liber Primus.* — Romae, ex typographia Salvioni. Anno MDCCLXXVI. — I vol. in-8, pp. 408.

*Liber Secundus.* Ibidem, iisdem typis. Anno MDCCLXXVII. — I vol. in-8, pp. 506.

*Liber Tertius.* Romae, typis Generosi Salomoni. Anno MDCCLXXVII. — I vol. in-8, pp. 542.

Sequitur, paginis XXIV constans, *Appendix ad III. Tomum Epistolarum Fratris Thomae Mariae Mamachii, Ordinis Praedicatorum, ad Justinum Febronium.* Continet epistolam larvati Iustini Febronii ad Thomam Mariam Mamachi [1].

Initio *Libri Tertii* post frontem ad pag. 263 exstat: *In Tomum III. Epistolarum Fratris Thomae Mariae Mamachii de Litteris ad se a Febronio missis Prologus ad Excellentissimum Josephum Rospigliosum, Zagaroli Ducem...* In quo de ea quae in Appendice epistola respondet.

N. B. Inquirendum quis sit Auctor opuscoli anonymi cui titulus: *La Verità trionfante riguardo alle due Potestà Ecclesiastica, e Temporale, dedicata alla Buona Causa, già difesa dal P. Contini contro il P. Mamachi da Domenico Almcadom, Teologo Academico. (In Augusta, 1777).*

XXXIII. *Pisti Alethini Epistolarum ad Auctorem Anonymum opusculi inscripti*: Quid est Papa? *Tomus Primus:* — Sine loco et nomine typographi. Anno MDCCLXXXVI. — I vol. in-8, pp. XXVI-332.

*Tomus Secundus* : Anno etiam MDCCXXXXVII. — I vol. in-8, pp. 372 et charta una pro Erratis.

Auctor Anonymus erat Iosephus Valentinus Eybel.

Eaedem epistolae italice prodierunt, anno MDCCXC, absque loco et nomine typographi, hoc titulo: *Le Lettere di Pisto Aletino all'Autore dell'Opuscolo intitolato* Quid est Papa? *tradotte ad util comune dalla lingua latina.*

Tomo I, pp. II-463. Tomo II, pp. XXIII-403.

Ad rem Cernitori, in sua *Biblioteca Polemica,* pag. 94: « Questa opera è stata per molto vantaggio stampata anche in italiano con traduzione del Sig. Bargognati, Benefiziato di S. Pietro, il quale a luogo a luogo ci ha aggiunto delle sue annotazioni ».

[1] Textus alterius judicii majoris quidem momenti, ab eodem Joanne Nicolao von Hontheim exarati de praefato opere nostro Mamachi exstat in MS. Vat. lat. 11824, ac typis vulgatus est a clariss. Doct. L. Just. in: Quellen und Forschungen aus Italienischen Archiven und Bibliotheken, Tom. XXII (MCMXXXII), pp. 260-288.

XXXIV. In Historica Ecclesiastica a Patre Josepho Augustino Orsi O. P. postea S. R. E. Cardinali, juris publici facta, sequentia habentur a nostro Thoma Maria Mamachi exarata:

In editione originali latine conscripta typisque excusa in Urbe, anno MDCCXL: *Observationes super Decreto Unionis in Concilio Florentino, et Dissertatio de Romani Pontificis in Synodos Oecumenicas Potestate* (Parte II, pp. 458 sqq).

Item, ibidem, *Epistola Dedicatoria*, et *Praefatio*, in principio Partis I. In interpretatione italica ejusdem operis, Mamachi de iisdem argumentis breviores conscripsit dissertationes.

XXXV. Dissertationes Patris Mamachi exstant in *Thesauro Historiae Ecclesiasticae* a P. del Signore (ed. Romae, MDCCCXCIX), Tomo II, pag. 409; Tomo III, pag. 3 et pag. 87; Tomo IV, pag. 479; Tomo V, pag. 409; et Tomo VI, pag. 251.

XXXVI. Uti mox videbimus, numero scilicet LXII, nostro Mamachi adscribendum est opus *De Grammatisticis quibusdam tricis* quod juris publici factum est Romae, anno MDCCLVI, sub nomine Patris Vincentii Dinelli O. P.

## II. DE OPERIBUS INEDITIS

Primum recensebo illa Thomae Mamachi opera manuscripta quorum tempus compositionis ab Auctore notatur; postea autem reliqua segregatim.

XXXVII. Collectio Epistolarum Innocentii Pp. III. — Jussu Benedicti Pp. XIV exarata, annis MDCCXLIII et MDCCXLIV. Auctor imperfectum laborem suum clarissimo Garampi tradidit, qui eo usus est in editione operum illius Pontificis.

XXXVIII. *Vindicationes Innocentii XI. Pontificis Maximi.* — Anno MDCCXLV exaratae, servataeque olim in Archivo Domus Ducalis Gentis de Brasciano.

XXXIX. *Della vita, e delle gloriose gesta del Venerabile Servo di Dio Gregorio Card. Barbadigo, Vescovo di Padova, Libri IV composto da Fra Tommaso Maria Mamachi, dell'Ordine de' Predicatori, Teologo Casanatense. MDCCLX. In Roma.* — Codices duo in-4, nitidissimo charactere. Tomus Primus paginas 850 continebat. Tomus Secundus chartas 550 seu paginas 1100; sed mutilus deficiebat a charta 62 ad chartam 115, et aliquantulum in fine.

Teste Patre Vincentio Ligiez O. P., olim Archivario Generali, exstabat in Tabulario Minervitano usque ad annum MDCCCLXXII. Inter ea documenta quae hodie remanent in praefato Tabulario, frustra quaesivi lucubrationem nostri Mamachi, mense aprili MCMXXXIV. Sed de omnibus ibi contentis catalogus mox edetur.

Haec biographia inedita fortasse remanserit quod de ejusdem Venerabilis Viri vita ac gestis alter commentarius sat praestans quem texuit Pater Thomas Augustinus Ricchini O. P., prodierit anno MDCCLXI.

XL. *De justa damnatione Operis inscripti gallice* Exposition de la Doctrine Chrétienne, *italice vero* Spiegazione del Simbolo, del Decalogo, dell'Orazione Domenicale, de' Sagramenti, de' Comandamenti della Chiesa, e Trattato della Giustificazione, *editique Neapoli, annis* MDCCLVIII, MDCCLIX, MDCCLX. — Ms. in-folio, pp. 80.

Sequitur :

*Della Opera intitolata* Spiegazione della Dottrina Cristiana, *tradotta dal francese in italiano, divisa in cinque volumi, e ultimamente stampata in Napoli, dimostrata contraria non solamente a sicuri e inconcussi dogmi dell'Angelico Dottore S. Tommaso d'Aquino, ma eziandio ai decreti della Chiesa Libri quattro.* — In folio, chartae sunt 73, non numeratae, preambulae, continentes Praefationem, et pp. 179 pro Libro Primo, 363 autem pro Libro Secundo. Tertius Liber est imperfectus atque etiam mutilus. De Quarto nihil inveni hucusque.

Pater Mamachi Praefationem latine reddiderat; quam interpretationem an prosecutus est, hoc me latet. Auctor impugnatus habetur Philippus Mesenguy.

Ms. exstat in Tabulario Generali Ordinis Praedicatorum.

XLI. *Circa et contra votum Censoris Catechismi Iacobi Benigni Bossuet, Episcopi Meldensis, sententia.* — Fasciculus Ms. in folio minore, italico sermone redactus, pp. 32. In fine : « Dalla Cancelleria del S. Offizio, 6 Maggio 1763 ».

Exstat in Tabulario Generali O. P.

XLII. *Petro Musellio Advocato Viro Clarissimo Frater Thomas Maria Mamachius, Theologus Casanatensis, S. P. D.* — In folio minore - pp. 6. — Ad calcem : « Dabam in Coenobio Sanctae Mariae super Minervam, pridie Kalendas Augustas 1772.... »

Exstat in Tabulario Generali O. P.

XLIII. *De Quaestionibus a Francesco Josepho Valesi, Ordinis Minorum Capuccinorum, Sacrae Congregationi Propositis, Fratris Thomae Mariae Mamachii, Sacrae ejusdem Congregationis Consultoris, Sententia.* — In folio minore, pp. 26. — Datum die XXVI Novembris MDCCLXXIII.

Opusculum haud levis momenti cum Pater Mamachi in eo disserat de *Brevi* Pontificio Suppressionis Societatis Jesu, et de quibusdam dubiis super illo ortis.

MS. exstat in Tabulario Generali O. P.

XLIV. *Osservazioni intorno al Libro intitolato* Vita di S. Pietro, Principe degli Apostoli, cavata dalla Sacra Scrittura e illustrata colle considerazioni de' Santi Padri, per opera dell'Abate Luigi Cuccagni. — In folio minore, pp. 86. — Immediate post titulum legitur: « In Roma, 1777 ».

Opus istud exaratum est ad usum Congregationum Sancti Officii et Indicis, subscriptumque est a Reverendissimo Patre Balthazare Quinoñes, Magistro Generali Ordinis Praedicarorum. Sed est Thomae Mariae Mamachi, et quidem autographum ab ipso correctum et adnotatum asservatur in Tabulario Generali O. P.

XLV. *Del vero sentimento dell'Angelico Dottore S. Tommaso d'Aquino contro il Tirannicidio. Dissertazione di Fra Tommaso Maria Mamachi, dell'Ordine de' Predicatori, Teologo Casanatense.*

In - 4 majore, pp. 182, chartis sex non computatis quae Epistolam continent Nuncupatoriam ad quemdam Purpuratum qui non nominatur. In charta fronti praeambula, legitur haec nota manu coetanea: « Dovrebbe questa ritoccarsi dall'Autore, come esso medesimo ha detto, e dovrebbero altresì mettere le Note, che in più luoghi sono state tralasciate, da chi forse ha trascritto la copia presente. »

Cujus dissertationis breviarium quoddam exstat apud Richard O. P. et Giraud O. P.: *Dictionnaire Universel des Sciences Ecclésiastiques*, ad articulum *Mamachi* a Patre Gabriele Fabricy O. P. ibi insertum.

Hujusce operis inediti aliud exstat exemplum, etiam in - 4 majore, foliis 122 seu paginis 244 constans et quidem manu Auctoris correctum.

Alterum de quo supra, mihi videtur scriptum a Patre Petro Antonio de Pretis O. P. cujus quam plurima opera autographa prae manibus habui.

Tertium amplius vidi exemplum, quod non continet nisi Praefationem, et paragraphos primam et secundam usque ad divisionem quartam decimam.

Omnia in Tabulario Generali O. P.

XLVI. *In P. Vasci Apologiam Secretarii S. C. Animadversiones.*

In folio minore, pp. 56. — Hoc MS. non est integrum sub fine. Exstat in Tabulario Generali O. P.

XLVII. *Trevirensis; Dispensat. Diacono ad nubendum?*

In folio minore, pp. 18. — Quod votum multa eruditione et ratione fundatur. — Exstat ibidem.

XLVIII. *Dissertazione del P. Mamachi intorno al Nartece delle Chiese.* — In-4 majore, pp. 16.

Incipit: « Docendo io ragionai di tutta quella parte dei templi ». Sequitur:

*Della Legazione mandata da Lucio Re de' Britanni al Santo Papa Eleuterio, e della lettera diretta allo stesso Pontefice da' Martiri di Lione, Dissertatione Istorica.* — In - 4 majore, pp. 25.

Exstat in Tabulario Generali O. P.

XLIX. *Officium de Sancto Irenaeo, Episcopo Lugdunensi et Martyre.* — In - 4, pp. 36. quarum 18 exhibent *Officium*, reliquae autem adsertiones et adnotationes in idem necnon *Missam* in honorem praefati Sancti Irenaei.

Exstat ibidem.

L. *Che la esterior polizia della Chiesa dipenda dall'autorità della Chiesa medesima, e non già da quella de' Principi secolari.* — In folio minore, pp. 21.

Exstat ibidem.

LI. *Annales Ordinis Praedicatorum continuatae.*

Exstant in Tabulario Generali O. P. Hisce in voluminibus plura sunt manu Patris Mamachi conscripta.

LII. *Iosepho Spalleae* Τῷ φιλέλληνι *Thomas Mamachius, Magister Sacri Palatii, S. P. D.* — In - 4 pp. 5. In fine: « Scribebam in aedibus Sancti Pastoris ad Praenestini montis radices », i. e. in villa Reverendissimi Magistri Generalis Praedicatorum Ordinis.

LIII. *De Laurea Doctorali Iohannis Gianneri.... a Fratre Thoma Maria Mamachio, Sacri Palatii Apostolici Magistro, Allocutio.*

In - 4, pp. 3.

Utrumque scriptum in Tabulario Generali O. P.

LIV. *De peregrinationibus veterum Christianorum in Palaestinam.*

Exstat in Bibliotheca Nationali « Vittorio Emanuele II » de Urbe, Fondo Gesuiti, num. 1348. Sequitur:

*De lumine Sancti Sepulchri.*

LV. *Canzone recitata nell'Accademia tenuta nel Seminario di Montefiascone, l'anno* (deest). — In - 4, pp. 6.

Exstat in Tabulario Generali O. P.

LVI. *De Didaco Fulano temulento Narratio.*

In folio, pp. 6.

LVII. *A Monsignor Vescovo di Albenga Anacreontica.*

In folio, pp. 2.

Utrumque ibidem.

LVIII. Commentarius quidam absque ullo titulo in quo Mamachi disserit de rebellione Corsorum duce Paschali Paoli contra Civitatem Genuensem causamque praefatis Insulae Corsicae incolis adiudicat.

In - 4 majore, pp. 82. In Tabulario Generali O. P.

LIX. De Probabilismo adnotationes variae pluribus in schedis contentae et ibidem in cod. VIII. 7 asservatae.

LX. Elenchus citationum et censurarum necnon propositionum in operibus Auctorum S. J. desumptarum numero 185.

In - 4 majore, pp. 9. Ibidem.

LXI. Ad Clementem XIV P. O. M. de suppressione Societatis Jesu votum Fr. Th. M. M.

In fol. Exstat Romae, in Tabulario Domus olim Principum Barberini.

LXII. *Fr. Thomae Mariae M. Res Gestae.*

Qua in apologia habentur: folium tituli qui propria manu auctoris inscriptus est; folia 3 latine; pp. 10 italice. Exstat in Tabulario Generali O. P.

LXIII. Plura alia ibidem exstant, ut videtur, Patris Mamachi, sed sunt potius fragmentula, et non limata [1].

## APPENDIX

En quaedam illius apologiae sub num. LXII recensitae fragmenta quae ad opera Th. M. Mamachi spectant:

« In ogni tempo qualunque volta mi si è presentata l'occasione mi son dichiarato contro le dottrine loro (*scilicet Iesuitarum*) riguardanti la grazia, la Gerarchia Ecclesiastica, la morale, e i riti cinesi, etc. Si rin-

---

[1] Oblata mihi opportunitate libens utor, ut gratissimo animo prosequar nomina RR. PP. Josephi Abate O. M. Conv., Thomae Kaeppeli et Stephani Lenzetti O. P., qui in me tam officiosi fuerunt.

rincontrino le mie opere qui sotto indicate e son certo che *muta fient labia dolosa.*

L'anno 1741. Tom. I part. I della Somma Morale di S. Antonino nell'edizione di Firenze, Tit. III, coll. 374. Not. 96; col. 375, not. 97; col. 384, not. 134.

E l'anno 1742, nella II P. della stessa Somma, not. 40. Col. 939, e col. 980, not. 31, e coll. 1363, not. 3, confutai varî punti della loro rilasciata morale.

L'anno 1743-1744, per comando del S. P. Benedetto XIV, scrissi le vindicie del V. Innocenzo XI, e impugnai la calunnia appostagli dai Soci, che ei favorisse il Giansenismo.

L'anno 1745, il P. Concina nel Cap. V, pag. 52, dell'Esame teologico del Saggio del P. Ghezzi, rendè questa testimonianza della mia fermezza nel impugnare le massime Sociali sfatando il frasario Gesuitico di *Frate Greco* etc.

L'anno 1746, composi la Prefazione al II tomo della Somma Morale di S. Antonino che si stampò l'anno 1756, nella qual prefazione impugnai un anonimo, che pretendea di scusare l'orrido sentimento Benziano intorno a' tatti mammillari, pag. XII, sgg.

L'anno 1755, nel tomo V delle *Antichità Cristiane*, pag. 102 seq. e pag. 556 seq, confutai i vaneggiamenti del loro P. Arduino che fa diverso Cefa da S. Pietro e nega da Novatore la venuta del medesimo S. Pietro a Roma. Scrissi pur e stampai le conclusioni del mio cugino P. Gian Domenico Straticò contra il sistema Moliniano: *De scientia, voluntate, et gratia Dei disputationes tres.*

L'anno 1756, composi sotto il nome del P. Maestro Dinelli e stampai presso il Barbiellini contro le inezie del Gesuita Lagomarsini le due lettere *De Grammatisticis quibusdam tricis*, difesi Pietro Soto Domenicano, sostenni le frasi del P. Maestro Dinelli, rigettai le imposture Sociali e le loro morali massime, pag. 33 sgg., 64 sgg.

Lo stesso anno diedi alla luce il I tomo degli Annali dell'Ordine dei Predicatori, e pag. 33 sgg. impugnai i Bollandisti e non solo convinsi le falsità loro intorno alla stirpe di S. Domenico; ma vindicai eziandio contro di essi brevemente la lettera del gran Card. Baronio; poi la discorde *concordia* del Molina all'arcivescovo di Vienna in Francia, pag.64.

Feci anche l'elogio del P. Concina che leggesi all'ultimo degli atti del nostro Capitolo Generale tenuto in Roma.

L'anno 1757, stampai una memoria contro certi superstiziosi riti dei Tunkinesi e la publicai a nome dei nostri religiosi della provincia delle Filippine...

L'anno 1758, feci inserire nel giornale dei Signori Pagliarini, tom. X, due lettere composte sotto la direzione mia dal mentovato mio cugino P. Gian Domenico Straticò per le quali lettere s'impugnano parecchi spropositi dello storico letterario e del P. Lagomarsini, Gesuita. Lo stesso han eglino veduto ne manco il Frontespizio? E se contro i Giansenisti e

il Giansenismo ed i Quennellisti altresì ho io parlato così per l'appunto anno, in difesa dell'Enciclica del Papa Benedetto XIV a' Vescovi della Francia, composi contro l'impudente Molinista che aveale impugnata, composi dico un opuscolo intitolato: *Eudodoxii Hierarchici ad anonymum Schismaticophilum de Encycl. Bened. XIV. Epistola.* Procurai di stampare un tale opuscole ma la prepotenza sociale mi fu d'impedimento. Lo conservo per altro ed a suo tempo lo darò alle stampe.

L'anno 1759, nelle due mie lettere italiane che stampai sull'antichità del Vescovato di Orta, pag. 27 sgg. confutai le grandi inezie di un anonimo Gesuita.

L'anno 1760, fui pregato di scrivere la vita del B. Gregorio Barbarigo, ricusai; il Signor Chiavarini, avvocato della causa, mi disse che era intenzione del S. Padre Clemente XIII che la scrivessi. Mi sottomisi, alle intenzioni di Sua Santità, scrissi quella vita e la presentai a Sua Beatitudine che ne mostrò gradimento...

.... L'anno 1761, scrissi un intiero libro contro la malvagia massima del Tirannicidio e vindicai dalla calunnia di certi anonimi Sociali il glorioso S. Tommaso d'Aquino. Non si potè dare il libro stesso alla luce stante la condizione di quei tempi nei quali la monopantica prepotenza era nel suo maggior esercizio. Si vede frattanto se abbia io sèguitato a mantenermi costante nei sentimenti. Il libro poi quando abbia io un poco di ozio sarà publicato.

L'anni 1763, 1764, 1765, m'impiegai tutto a confutare le novità di un notario appellante e riappellante dalla costituzione *Unigenitus*. Il confutai riprovando anche l'abuso che di essa costituzione e di altre fanno i Molinisti i principî dei quali coincidono con quei degli appellanti. E difesi nello stesso tempo la dottrina che con tanta verità e gloria avea valorosamente sostenuta, in Roma, alla presenza di due Pontefici Clemente VIII e Paolo V, il celebratissimo spagnuolo P. Maestro Tommaso de Lemos, Domenicano, prevalendomi nel difenderla dell'autorità dei SS. Agostino e Tommaso e di parecchi altri Padri del Catechismo Romano di vari Concilî e specialmente di quel di Trento. Ma che serviva rimettere in campo le costituzioni di Pio V, di Urbano VIII, di Alessandro VII, di Alessandro VIII, di Clemente XI, d'Innocenzo XIII, di Benedetto XIII, di Clemente XII, di Benedetto XIV, tanto vantate dai Gesuiti? che serviva? Son figlio della S. R. Apostolica Sede e debbo obbedire alle di lei determinazioni... Sì che misi in campo le costituzioni suddette e le sostenni, ma abborendo sempre gli abusi dei molinisti; e inerendo invariabilmente in tutto e per tutto alle sode dottrine del P. Lemos fondate, come ho accennato, sulle Sacre Scritture e sulla divina tradizione per cui gloriosamente combatterono i SS. Agostino e Tommaso dai quali si allontano i Molinisti. Ma quei del partito che chiamasi Antigesuitico benchè coi Gesuiti sia in certi principî rovinosamente d'accordo, si lamentan di me come se abbia io cangiata sentenza si eh? per qual ragione se dico ciò che ho sempre detto anche in quest'opera di cui non

come avea io stesso parlato l'anno 1744, nella orazione che recitai in Propaganda; l'anno 1755, nel mio V tomo delle antichità cristiane; l'anno 1756, nelle dissertazioni che stampai per le conclusioni del P. Straticò; l'anno 1757, nella mia lettera in difesa delle epistole del P. Maestro Dinelli; l'anno 1758, nella mia epistola per l'enciclica di Benedetto XIV a' vescovi della Francia. Or se ciò che io dissi in quell'orazioni in quelle opere in quelle Epistole è stato celebrato l'anno 1744. il 1755. 1758. da coloro che formano quel parato i quali perciò allora mi chiamavano dottissimo e di ottimi sentimenti, come viene biasimato nei libri del 1763. 1757. 1764. 1765. Diciamolo pur chiaramente essi hanno mutato dottrina e non io e l'hanno mutato non sapendo muover guerra ai Gesuiti senza muoverla alle dottrinali decisioni della S. Sede o fingendo di attaccare i Gesuiti quando in realtà le mentovate decisioni attaccano; e a me ingiustamente rimproverano i cangiamenti che dovrebbero esser loro con tutta giustizia rinfacciati. Ma comparirà spero una volta questa mia opera alla luce....

L'anno 1766, publicai due volumi in - 4 *De animabus justorum in sinu Abrahae* etc. In ambedue trionfano i SS. Agostino e Tommaso, e tutti i Padre e il consenso universale della chiesa cattolica contro la novità (vedi lib. I, cap. II sgg., pag. 147 sgg., e lib. II, cap. I sgg., pag. 2 sgg.) e quando l'opportunità lo richiede, si stampa il probabilismo... Non vi apparisce in tutta l'opera neppure un iota che indichi punto di propensione a una qualche Gesuitica opinione anzi che non ne ispiri avversione.

Nientedimeno quest'opera dispiacque al complotto dell'altro estremo. E perchè mai se ho ivi impugnata la novità non solo coll'autorità dei SS. Agostino e Tommaso ma eziandio colle testimonianze di tutti gli scrittori cattolici e Padri di ogni secolo eziandio coi catechismi e coi sinodi di tutte le nazioni, colle professioni di fede colle costituzioni pontificie, colle liturgie, colle sacre lettere... Ma così compliva ben al partito di spacciarmi contro la manifesta verità per favorevole alle massime sociali affinchè il parato medesimo avesse minor ostacolo nello spargere le novità che avea io riprovate nel Tom. I. di questa mia opera, cap. II, pag. 511 sgg. Stampò pertanto una lettera piena d'imposture di calunnie e di villanie contro di me le quali avea già io confutati nel mio prologo Galeato a' libri contro le dottrine dell'appellante; ma frattanto per paura nello stesso tempo che mi strapazzò in realtà si disdisse delle sue eronee proposizioni e procurò di torcerle in un senso tollerabile affine di schivare la censura. Allora avvenne a me ciò che avvenne ai cattolici nei tempi di S. Leone. Eglino dai nestoriani erano chiamati Monofisici e dai Monofisici Nestoriani. Così coi difensori della grazia *ab intrinseco* efficace era io dai Molinisti e sono spacciato per Giansenista e dagli appellanti e lor fautori per Molinista, perocchè come ben osservava il gran Padre S. Agostino nel libro *de gratia et lib. arbitrio*, cap. XLXII, che la questione della grazia e dell'arbitrio libero è difficile a discernere, che

par si neghi la grazia quando si difende il libero arbitrio, e sembra si neghi il libero arbitrio allorchè si sostiene la grazia. Frattanto risposi io all'ingiuriosa lettere del parato. Tralasciai le ingiurie e solo ne confutai le ingiuste accuse. Mostrai quanto mentan coloro i quali mi appongono di aver io tenuto in camera e celebrato il libro dell'appellante suddetto quando non solo non l'avea io tenuto ma neppure avea veduto il Frontespizio prima che fosse tradotto in italiano, ed allora non posson negare i miei cani che alzai la voce contro, e lo impugnai come chè l'avea trovato io contrario alle dogmatiche costituzioni dei Papi. I miei scolari accademici me ne possono essere testimonî. Conchiusi la mia risposta contra coloro che accusavanmi di aver iò per lo passato lodato il Quesnellista col testo di S. Girolamo, *Epist. ad Pammachium*: « sic ingenium praedicarunt (meum) ut fidei tollerent veritatem..... Omittam personas, rebus tantum et criminibus respondebo.... Objiciunt mihi quare Origenem aliquando laudaverim.... sis mihi credites Originistes nunquam fui, si non creditis nunc esse cessavi. Quod si nec sic adducimini ad fidem compellitis me ad defensionem mei contra amasium vestrum scribere, ut si non creditis neganti, credatis saltem accusanti ».

Nel comporre una tal risposta (che non publicai per soddisfare a chi mi consigliava di mantenere la pace con chi non vuol pace) e nello scrivere su di altre materie gravi commessemi a trattare, spesi [tutto] l'anno 1767.

L'anno 1768, 1769, 1770, scrissi e feci stampare per ordine datomi a nome del Santo Padre Clemente XIII di felice memoria, i cinque volumi contro il ragionamento intorno ai beni temporali publicato in Venezia, l'anno 1766, e contro vari altri libri concernenti la stessa materia. In quest'opera ho pur dimostrato quanto foss'io, e quanto sia lontano dal probabilismo, pag. 265, Tom. II, p. II; quanto addetto a S. Agostino, Tom. III, part. I, pag. LXVI sgg., a S. Tommaso; quanto obbediente alla S. Sede, e quanto tenace dei di lei decreti e quanto rispettoso verso i Sovrani e quanto impegnato per l'autorità loro e pei diritti e per l'onore che loro si dee, Tom. III, p. II, pag. 4 sgg.

L'anno 1771, mentre stava io attendendo alla traduzione latina ed all'accrescimento di questa mia opera e alla mitigazione di alcuni miei passi riguardanti persone delle quali non aver io prima saputo il carattere e alle quali professo tutto il dovuto rispetto, fui esortato a scrivere in difesa del Vener. Palafox, contro i tanti libelli infamatori che andava spargendo in iscredito di lui la malignità sociale. Mi accinsi al lavoro verso il mese di ottobre.

L'anno 1772, diedi alla luce i due volumi dell'Ortodossia dello stesso venerabile.

L'anno presente 1773, ne ho dato il terzo. Eccovi brevemente descritte tutte le opere da me composte per lo spazio di anni 32... ».